

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Verecundia a  
cum fonte primo

Pulcra uirtus est uerecundia et  
suauis gracia que non solum in factis,  
sed eciam in ipsis spectatur sermonibus  
ne modum progrediaris loquendi, ne  
quid indecorum sermo resonet tuus.  
Speculum enim mentis plerumque in  
uerbis refulget. Ipsum uocis sonum librat  
modestia ne cuiusquam offendat aurem  
uox fortior, denique in ipso canendi  
genere prima disciplina uerecundia.

Ambrosius de officiis libro I.

Pulchra igitur uirtus est uerecundiae et  
suauis gratia, quae non solum in factis  
sed etiam in ipsis spectatur sermonibus,  
ne modum progrediaris loquendi, ne  
quid indecorum sermo resonet tuus.  
Speculum enim mentis plerumque in  
uerbis refulget. Ipsum uocis sonum librat  
modestia ne cuiusquam offendat aurem  
uox fortior. Denique in ipso canendi  
genere prima disciplina uerecundiae  
est; immo etiam in omni usu loquendi, ut  
sensim quis aut psallere aut canere aut  
postremo loqui incipiat ut uerecunda  
principia commendent processum.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1,  
18 (CCSL 15, M. Testard ed., p.25, ll.1-  
9).